UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XV. De victu & habitu sacerdotis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library

Anno Christi 398.

XV.

Vt epiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. Ibidem.

XVI.

Vt epiſcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore. Diſt. 37. Epiſcopus gentil. lib.

XVII.

Vt epiſcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Diſt. 88. Epiſcopus.

XVIII.

Vt epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. Ibidem.

XIX.

Vt epiſcopus pro rebus tranſitoriis non litiget prouocatus. 14. q. 1. Epiſcopus.

Gratianus & quidam vetuſti codices ſic legunt hunc Canonem. Vt epiſcopus nec prouocatus pro rebus tranſitoriis litiget. Expoſitionem Canonis lege apud Gratianum loco hic citato.

XX.

Vt epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. Diſt. 88. Epiſcopus nullam rei.

XXI.

Vt epiſcopus ad Synodum ire non ſine ſatis graui neceſſitate inhibeatur: ſic tamen, vt in ſua perſona legatum mittat, ſuſcepturus, ſalua fidei veritate, quidquid Synodus ſtatuerit. Diſt. 18. Epiſcopus ad Synod.

XXII.

Vt epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuo- Diſt. 24. Epiſco-